



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ordinis || Praemon-||stratensis || Chronicon

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1613

De Apostolorvm Liminvm Visitatione. Capvt V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64313)

DE APOSTOLORVM LIMINI-
NUM VISITATIONE.

CAPVT V.

TAndem animi deliberatione deten-
tus, & timore, qui poterat cadere in
constantem, percussus, diuina prouiden-
tia sic disponēte, mare deseruit, voti tamē
peregrinationis conscius, & arbitrio di-
cretionis cautus penitus & instructus,
quod nemo mittens manum ad aratrum,
& aspiciens retro aptus est regno Dei, Ro-
mam disposuit proficisci. Apostolorum
limina sitibundo pectore desiderans visi-
tare, & summi Pontificis consilium super
sui status & propositi qualitate anhelans
deuotus audire. Profectus exinde, celeri-
tate matura pacis ipsum Angelo præcedē-
te, promptus & alacer peruenit ad urbem,
ubi à Papa Cælestino, qui tum temporis
nauem sanctæ Ecclesiæ gubernabat, ho-
norificè est susceptus. Cui aduentus sui
causa exposita, seriatim summi Pontificis
instruitur consilijs, & consolationibus ro-
boratur, ore suæ beatitudinis dicētis. Non
est voti dicēdus trāsgressor, q̄ quod vouit
auctoritate sedis Apost. distulerit adimple-
re. Nec fracti voti aliquatenus reus habe-

*Cælestinus
Papa.*

tur, qui temporale obsequium, ad diuinum cultum perpetuum noscitur commutare ex superioris dispensatione prouida. Ex causa enim probabili decreuimus, quod recompensatio voti sit melior, quam peregrinatio in hac parte, & Deo magis accepta. De plenitudine itaq; potestatis pro voto Hierosolymitano, tecum, fili charissime, dispensamus, vt ad honorem gloriosæ Virginis Matris Christi, fudes claustrum sub obseruantia Præmonstratensis Ordinis regulari, & dotes abundè, quod plurimis idoneis laudis diuinæ præconibus, & ministris sibi congruentibus adornatum, mœrentium, & plangentium, propter crucis Christi meritum, fiat remedium singulare.

DE DONARIIS PAPAE
ET CARDINALIBVS ET
reditu Bohemiam.

CAPVT VI.

HRoznata vir inclytus, alacri animo & constanti, summi Pontificis verba ingenti maturitate prolata, pectore hauriens sitibundo, ad pedes præsentis
hum